Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



cultuum ad aperiens uulam sat
tum domino uocabitur ⁊ ut daret
hostiam domino secundum quod
dictum est in lege domini par tur
turum aut duos pullos columba
rum. Et ecce homo erat in hieru
salem cui nomen symeon ⁊ homo
iste iustus et timoratus exspectans
consolacionem israel ⁊ spiritus sanc
erat in eo. Et responsum accepat
a spiritu sancto non ut uideret mor
tem nisi prius uideret xpm dni ⁊
uenit in spiritu in templum. Et cum
inducerent puerum iesum paren
tes eius ut facerent secundum con
suetudinem legis pro eo ⁊ ipse ac
cepit eum in ulnas suas. et benedixit
deum ⁊ dixit. Nunc dimittis dom
ne seruum tuum in pace domine
secundum uerbum tuum in pace quia
uiderunt oculi mei salutare tuum
Quod paratum ante faciem omnium po
pulorum. Lumen ad reuelacionem
gentium et gloriam plebis tue israel
Et erant pater eius ⁊ mater mira
bantur his quae dicebantur de illo.
Et benedixit eum illi symeon ⁊ dixit
ad mariam matrem eius. Ecce
positus hic est in ruinam ⁊ in re
surrecionem multorum in israel ⁊
in signum cui contradicetur. Et tua
ipsius animam pertransibit gladius
ut reuelentur cogitationes de multis
cordibus ⁊ erat prophetissa
filia phanuel de tribu aser. hic pro
cesserat in diebus multis ⁊ uixe
rat cum uiro suo annis septem a
uirginitate sua. Et hec uidua erat
usque ad annos octoginta quatuor
que non discedebat de templo ieiu
nis ⁊ obsecracionibus seruiens
die ac nocte. Et hec ipsa hora sup
ueniens confitebatur domino et
loquebatur de illo omnibus dieb;
qui exspectabant redempcionem
israel. Et ut perfecerunt omnia secun
dum legem domini reuersi sunt
in galyleam in ciuitatem suam na
zaret. Puer autem crescebat ⁊ con
fortabatur plenus sapiencia ⁊ gra
dei erat in illo. Et ibant parentes
eius omnes annos in hierusalem
in die sollempni paschae. Et cum
factus esset iesus annorum duode
cim ascendentibus illis hierosolo
imam secundum consuetudinem
festi diei. consumatisque diebus cum
redirent remansit puer iesus
in hierlim ⁊ non cognouerunt parentes
eius. Existimantes autem illum esse
in comitatu uenerunt iter diei. et
requirebant eum inter cognatos
et notos. Et non inuenientes re
gressi sunt in hierlim requirentes
eum. Et factum est post triduum
inuenerunt illum in templo se
dentem in medio doctorum audi
entem illos ⁊ interrogantem. stu
pebant autem omnes qui eum
audiebant super prudencia et res
ponsis eius. Et uidentes admira
ti sunt. Et dixit mater eius
ad illum. fili quid fecisti nobis
sic. Ecce pater tuus ⁊ ego dolen
tes quaerebamus te. Et ait ad
illos. Quid est quod me quaere